



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Iacobvs Poenitens. 28. Ianuarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

66 Vite Sanctorum. 28. IAN.

orbis gaudet, qui præceptorē magnum Paulum, imò eundem cum Paulo magistrum Spiritum S. habuit? Nam hunc obvoltante capiti suo, dum sacris operaretur, conspexit ipse illum, dum ad mensam scriberet, assistere dicitanti similem alii etiam viderunt. Talis itaque IOANNES cùm urbe suā hereticos, & cum his vitia alia, ac blasphemiam imprimis proscripteret, sancta libertatis vindicta acerrimus, & qui justiq; unicus amator in odium Augustæ Eudoxiæ incidit: nam IOANNES imperii sui etiam in Reges memor templi aditu gravibus ex causis profanam prohibuerat, & in statuam ejus, quæ propter templum choreis ludisque non sanctis colebatur, graviter detonuerat; jamque secundum exul in meliorem patriam cælum abiit, ad id à geminis, quos suprà memoravimus, Apostolis & D. Mart. Basilisco invitatis. Siluit itaque aureum hoc os anno post reparatam salutem septimo supra quadragesimum. Ex Surio.

S. I A C O B U S P O E N I T E N S.

28. Januarii.

Hominis, mi lector, speculum cape & peccantis & poenitentis, IACOBVM inspice. Hic postquam Anachoretæ XL. omnino annos DEO militavit, miranda maxima patravit, trophya de

de hoste inferno statuit plurima , id  
ætatis vir à fœminâ demum triumpha-  
tur, & ab eâ fœminâ, in quâ ipsum ca-  
codæmona non horruerat, imò è quâ  
victum ejecerat. Huius itaque infelix  
primò pudorem, mox vitam extorquunt.  
Et vero tertiu scelus accumulasset de-  
sperabundus, & victum se mundo de-  
didisset, nisi à tam turpi fugâ sanctissi-  
mi viri operâ DEVS retraxisset. Tum  
enimverò ad se redire IACOBVS, se-  
pulchrum vivus subire, mortem suam  
vivus deflere in decimum annū usque:  
cælo interim oculos nunquam attolle-  
re, vix semel aut iterum in hebdomade  
de herbulis vesci, quæ ad ostium condi-  
torii crevissent. Ipse certè Apostolus  
peccato mortuum dixisset. Sed nun-  
quam pulchrius ille vixit , qm sic  
mortuus. Nam suppliciis hic sponta-  
neis placatum Numen disertis verbis ex  
Episcopis nonnemini significavit , beatu-  
mum imbre, quem tam anxiè sed nec-  
quicquam postulabant , non nisi ad  
preces IACOBI concedendum. Atque  
hoc aliisque ejusmodi miris cùm ite-  
rum orbi innotuisset , mori denique  
desit annos natus LXXV. habuitque  
novo more unum idem, & domicilium  
& septichrum. Ex Surio.